



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An excommunicatis possint conferri beneficia Ecclesiastica, & quæ
pœna imponi debeat illis, qui beneficia histalibus conferunt?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

moniti fuerint, & non destiterint in continenti, quidquid Glossa in contrarium putet; qui tamen in loco interdicto divina officia celebrant, si Clerici tantum sint, privandi sunt suis beneficiis; si religiosi sint, in arctius monasterium detradendi, *cap. Postulasti h. t.* ut ne scilicet Ecclesiastica disciplina securitas perturbetur.

§. II.

An qui dubitat se excommunicatum esse, qui per solam famam audivit sententiam excommunicationis contra se latam esse, si postea celebret divina, incidat in poenas Canonicas, contra excommunicatos celebrantes officia divina decretas?

Responderetur affirmativè, attendendo juris rigorem, quamvis ex misericordia, cum illo dispensari possit à Papa, uti habetur ex *cap. Illud Dominus s. h. t.* ex quo capitulo etiam habetur, poenam de rigore juris talem incurrere, si coram se divina celebrari faciat, tum quòd tutior via sit eligenda in talibus casibus, tum quòd etiam in posteriore casu videatur contemnere excommunicationem.

§. III.

An excommunicatis possint conferri beneficia Ecclesiastica, & qua poena imponi debeat illis, qui beneficia his talibus conferunt?

Non possit his talibus conferri beneficia Ecclesiastica, ex dictis jam

patet, & ex *cap. Postulasti 7. h. t.* cum enim beneficia Ecclesiastica praecipue dentur propter officium, officium in tali excommunicatus praestare non potest (cum sit ab officij executione suspensus) sine irregularitatis periculo, consequenter nulla est facta illi beneficiatio, sive publicè, sive occultè sit excommunicatus, sive à jure, sive ab homine, sive per sententiam generalem, sive specialem, sive sit denuntiatus, sive non sit, sive noverit ille, qui contra beneficium, hunc talem, cui contra excommunicatum esse, sive non noverit, &c. quia subiectum secundum se est incapax ad beneficium accipiendum; & quamvis ignorantia possit excusare à poenis, non facit tamen rectam, qui invalidus est, validum (cum in tali causa locum non habeat lex Barb. ff. de officio Praet.) nec retineri potest ab eo beneficium, cui in excommunicatione collatum hoc fuit, si postmodum ab excommunicatione absolutus sit (quod enim ab initio non subsistit, restitutum non convalescit, *juxta regul. 11. m. 6.*) nec pensionem spirituales in beneficio obtinere, cum etiam haec deest propter spirituale officium, cujus est incapax, de poena verò, quae conferuntur beneficiis excommunicatis à jure respondent, ita statuit *citat. cap. Postulasti*, quòd si tales sint suspensi à collatione beneficiorum, donec super hoc veniam contendant; si tamen scienter his talibus beneficia contulerint, propter ipsa loquantur, cum ignorantia, hinc nullitatem non tollat, ut dictum poenam tamen non incurrit.